



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

7. Executores vltimarum voluntatum, dicuntur etiam diuisores. Et quid ita
Item.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Sed tamen supra scripta spec. opinio bene defendi potest: quoniam vltima testatoris voluntas, iudiciū appellatur: vt. l. i. C. de sacrosan. eccle. Et similiter vltima voluntas, sententia dicitur: vt. ff. de testam. l. i. in authen. de heredi. & Falci. §. si verò expressim. & §. seq. secundum Ioan. And. ibi in addi. Sed verius est non esse sententiam strictè ac propriè, neq; verum iudicium: sed potius largo modo per quandam similitudinem: cum de vno ad aliud arguatur. c. forus. §. constat. de verb. signi. & l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Quare dicendo executores testamentarios, contentio sublata est.

7 † Secundo dicuntur diuisores secundum l. pecunia. ff. de ali. & ciba. leg. Is enim habet diuidere, quæ sunt distribuenda, vt proxime dicitur, quoniam si distributores appellantur, consentaneum est, vt diuisores quoq; sint: vt probatur. 2. q. 1. si peccauerit. ibi, distribue tempora. & c.

8 Tertio † distributores idem appellari possunt. sicut enim exposuit verbum diuisio i. distributio. Rogerius in. l. pecunie supradicta, quasi idem sit. Quod